



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

II. Quod post publicationem attestationum, testes non debent produci.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

ANNO CHRISTI 1172. terit ergo in eo casu, appellatione cessante, procedi, in quo ante mortem mandatoris lis fuerit per conquestio- nem & responcionem partium contestata. Vbi autem mors mandatoris, lite contestata, præcessit, penitus subsista- tur, siue fuerit, siue non fuerit appellationis obstaculum interiectum.

DE TESTIBVS COGENDIS PARS VIII.  
VEL NON.

CAP. I.

*Idem Alexander.*

**C**VM super causa qua vertitur inter venerabiles fratres nostros Prænestinum episcopum, & dilectum filium nostrum abbatem, sit testimonium vestrum necessarium, & veritati contingat: præsentium auctoritate vobis præcipimus, quatenus quarta feria proximæ hebdomadæ perhibituri testimonium veritati, omni occasione & excusatione cessante, vos apostolico conspectui præsentetis. Si vero tunc non veneritis, sciatis ab officio & beneficio apostolica auctoritate vos suspensoſ: & si non ſic veneritis, excommunicationis ſententiam poteritis formidare.

CAP. II.

*Idem Capuano episcopo, & abbatি sanctæ Luciæ,  
& priori sanctæ Crucis.*

Causam qua inter N. & O. monachos super electione de vtroque facta in monasterio diutius est agitata, expe- riencia vestra committimus audiendam, & appellatione remota, fine debito terminandam. Ideoque dilectioni ve- stræ, &c. quatenus partes ante præsentiam vestram con- uocetis, & susceptis attestationibus vtriusque partis, qua ab aliis iudicibus sunt receptæ, testes alios, si qui idonei sunt, admittentes, niſi attestationes ipsæ ſint publicatae, & rationibus hinc inde auditis diligenter & cognitis, cauſam ipsam, ſublato appellationis remedio, fine debito ter- minetis.

Post publi-  
cationem  
attestatio-  
num, pro-  
ducendi lo-  
cum non  
eſſe.